

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν πάρεισιν οἶδε· φοινία δὲ χεῖρ ἀντ. ἀ.
στάζει θυηλῆς Ἄρεος, οὐδ' ἔχω ψέγειν.

V. 1412. Vulgo v. 1412. — 1413. inter Electram et Oresten ita divisi erant, ut Orestes a verbis τὰν δόμοισι loqui inciperet. Erfurdcius strophicorum versuum indicio meliorem personarum distributionem restituit, in eo tantum falsus, quod primos duos versus Electrae, haec verba autem, Ὀρέστα, πῶς κυροῦντα (sic enim scripsit pro κυρεῖ) choro tribuit.

V. 1413. Libri, οὐδ' ἔχω λέγειν. Ex Erfurdtii coniectura dedi ψέγειν, siquidem non videtur dubitari posse, quin hi duo versus chori sint. Nihil adnotavit vetus scholiastes. Vulgatam interpretatur scholiastes cod. Ien. οὐδὲ δύναμαι λέγειν, ὡς Ὀρέστα, πῶς ὑπάρχει, ἤγουν ποταπά ἐστι τὰ ὑφ' ὑμῶν πεπραγμένα. Scholiastes ab Johnsono editus: στάζει αἵματος, Ἀττικῶς, ὡς ἐπὶ τοῦ ὕδατος. σταλάζει σταλαγμοὺς φόνου αἵματος, ἤγουν ὁ εἰργάσατο ὁ φόνος. ἀμνηκανοῦσα ὑπὸ τῆς χαρᾶς τοῦτο λέγει. εἶτα ἐπιστρεφομένη πρὸς τὸν Ὀρέστην, λέγει, Ὀρέστα πῶς κυρεῖ. πρὸς ὃ ἀπαντᾷ ὁ Ὀρέστης, τὰν δόμοισι μὲν καὶ τὰ ἐξῆς. Nisi fallor, quod hic dicit, ἀμνηκανοῦσα ὑπὸ τῆς χαρᾶς τοῦτο λέγει, ad eandem illam scripturam, οὐδ' ἔχω λέγειν, spectat. Eam si quis volet defendere, scribere debebit, οὐδ' ἔχω λέγειν—cum aposiopesi, i. e. non autem habeo dicere, interfecerintne Clytaemnestram, an vulneraverint tantum, an ipsi sauciati sint. Verum ea satis frigida sententia foret, quia non dubium erat quin statim rem cogniturae essent. Sed non minus alienum est, si id quod cum Erfurdtio reposui, ut ille fecit, de caede matris, quam probet chorus, intelligitur. Id enim ne personae chori parum conve-